sicut & diuina uox ait · misit illos binos ad predican
dum · ut easdem exercerent operationes & uirtutes ·
& idem egregius praedicator beatus paulus apostolus
& doctor gentium ait · O altitudo diuitiarum & sa
pientiae atq; scientiae di · quam inscrutabilia iudicia
eius · & inuestigabiles uiae eius · Uere enim dne di
uina pietas & clementia tua · uerum piumq; clemen
tem fecit · sed ne tempus me tarditatis adprehen
dat loquendi · Iam incipiam de mirabilibus beati cle
mentis enarrare · Credo enim uos non latere fratres ·
quod clemens martyr · ut in passione eius legitur ·
anchora in collo eius suspensa in mare praecipitatus
est · nunc autem in die sollemnitatis ÷ recedit mare
per tria milia stadiorum sicco q; ingredientibus uesti
gio iter prebens populo terrae · usq; ad sepulchrū
martyris · Ibiq; uota reddentes & orationem facien
tes innumerabilis multitudo post dies octo regre
diuntur ad litus · Factum est autem ut in una
sollemnitatum quaedam mulier cum filio paruulo
in locum accederet · & inter epulantium cateruā
populi obdormiuit infans · Dum autem haec age
rentur · ecce factus est repente sonus inundantium
aquarum · & cooperientium mare · Dehinc territa
facta & oblita est mulier sobolis sue · & coepit uelo
citer cum reliqua multitudine populi petere ripā ·
Igitur insequentis maris accessu · postquam ad litus
uenisset · meminit se filium reliquisse · Tunc cum
fletu magno deiecta terrae · & puluere asperso capi
te · miseram se clamans huiusmodi dabat uoces ad
celum · & ita aiebat ut litora clamoribus & eiulatu
replerentur · discurrebatq; per circuitū riparum
si forte enecatum prolem eiectamq; litori aliquis
fortasse conspicasset · sed cum nihil inuenisset indi
cii · tandem aliquando consolata a propinquis ad
propria remeat · Totum autem annum in lamenta
tionibus & eiulatu ducens · nihilominus se continue
bat · Recurrente autem fratres mei dilectissimi sol
lemnitatis die beati clementis martyris · uenit ite
rum mulier · ad expectandum maris siccitatum ·

÷ eius

conspexisset

si fortassis de infantulo aliqua possit inuenire indicia ·
quid multa dicam · recedente mare anticipat omnes
ad ingrediendum · & ipsa precedit ad tumulum prima ·
Cumq; se prostrata ut solito in orationem misisset
in pauimentum · & mugitum imi cordis daret · ita
dicebat · scio dne scio · quia sine tuo nutu nullus homi
num destinatur quo cupit · nisi tua pro eo dextera
fuerit dimicata · Tu dne qui filium unicum uidue
lacrimis misertus · & feretro portanti tua miseri
cordia & iussu redonasti incolomem · & nunc dne
respice & iube ancillam tuam ut beati clementis mar
tyris tui suffragiis adiuuata inpertiar in sequenti
quod enixe peto · & dum haec & alia diceret erectis
sursum genibus · ubertim fletuum imbrib; made
facta · Dum diuertit se in partem aliam · uultū
aspicit filii in eo loco ubi eum dormientem relique
rat · in ipso adhuc sopore detineri · estimans autē
eum esse defunctum · accedit comminus · quasi cadauer
collectura exanime · sed cum eum dormire cogno
uisset · excitatum uelociter expectantib; populis
& admirantib; incolomem leuauit filium suum in ulnis ·
& laudem pariter omnes dederunt do · qui saluos fa
cit sperantes in se · Mulier autem prae gaudio non
ducens cordis sui ardorem · commotaq; uiscera eius
super eum · sicut aquae multe operient mare · ita
lacrimis inrigabat & osculabatur · Coepit autē eum
interrogare ac dicere · inter ipsa oscula ubi per totū
anni fuisset spatium · At ille nescire se ait · si annus in
teger preterisset · sic tantum dormisse suaui sopore
sicut unius noctis spatium · Tunc iterum atq; iterū
omnes populi qui aderant benedixerunt dnm nostrū
ihm xpm · qui tanta mirabilia ostendit seruis suis
per beatum clementem martyrem atq; pontificem
huius alme rome · cui est honor & gloria · potestas
& imperium · in saecula saeculorum amen

## ITĒ ALIUD MIRACULŪ EIUSDĒ ·

XLV. Fratres mei karissimi · uolo uobis & aliud mira
culum ipsius beati clementis martyris atq; pon
tificis enarrare · quod non dubium credo haber e uram